

multos inutiles labores sustinueris, vbi magna cœcitas, cui te ipsum implicasti, te in admirationem rapiet. Considerato itaque, & quidem summa diligentia, quid Natura fiet metallica, & quibus de causis metalla facta fuerint, æque enim illa, rerum creatarum aliarum instar, originem suam fortiuntur.

Parem quoque in modum quemadmodum ex virili spermate in vtero materno, coctionis beneficio, infans generatur, & ex ovo, per naturalem gallinarum incubationem pullus gallinaceus præparatur: ita quoque & metalla securam aliquam habent, ex qua nata sunt, substantiam. Non tamen ita, frater mi, vt intelligere, vel in suspitione hæerere, debeas, veluti falsi nebulones te docuerunt, quod Mercurius & Sulphur prima metallorum materia fiet: in terræ venis siquidem, vbi metalla crescunt, neq; Mercurius neque sulphur inueniuntur, quod simpliciter ad seductionem aliquam effinxerunt, quemadmodum etiam ignem elementarem, sulphur dictum, & liquorem Mercurium. Simili itidem modo elementarem ignem Solem nostrum appellarunt, & liquorem nostram Lunam, atque eo ipso homines seduxerunt. Et spiritum, & animam quoque illum nominarunt. Ignem elementarem vero animam, & liquorem elementarem ideo spiritum vocarunt, quod res elementares sicut inuisibiles. Sic etiam anima & spiritus non aliter sese habent. Nam anima inuisibilis ignis, & spiritus inuisibilis humiditas est: Externum essentialem ignem & aquam ideo corpora appellarunt, quod visibiles & palpabiles istæ sicut, ex quibus Laboratores metallica corpora subintelligunt, & alicui soluenda proponunt, id quod tamen falsum est. Ideo

Thes. Chym. Vol.
si. p. 74.
in pag. 44.
Liquor p. 247.

Luna quid sit!

Thes. Chym. Vol.
pag. 618. | rbr.
417.